A Gemmingen Suevorum ſtirpe nobili ſatus, Legum Doctor ac majoris Eccleſiæ Moguntinæ Decanus, in Archiepiſcopum electus fuit anno 1508. die 27. Septemb. ſingulari Vitæ gravitate animiq; conſtantia præclarus Princeps, præfuit annis 4. menſ. 4. dieb. 14. Interfuit anno 1512. frequentiſsimo Principum conventui Treviris, quando in conſutilis Domini tunica de altari ſummo, iam ab anno 1294. in eodem recondita, prolata fuit. feſtum D. Virginis ad Nives annuè in Eccleſia celebrari inſtituit: mortuus anno 1514. die 9 Februarij, ætatis annorum 45. ac in majoris Eccleſiæ Moguntinæ ambitu ſepultus.

7

© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig
© HAUM http://kk.haum-bs.de/?id=e-kieser-exc-ab3-0098